

CAPVT I

*De lapidibus illis in quibus lineæ potissimum
considerantur, aut puncta, & figura in su-
perficie magis, quàm corpus solidum aut
eius forma.*



Hilosophus quartã Qua-
litas speciem facit figu-
ram, & suã cuiusq; rei for-
mam, externam scilicet &
in superficie apparentẽ. Huic & cur-
uitatem & rectitudinem, & si quid hu-
iusmodi (inquit) est, adnumerat. Fi-
guram eruditi definiunt, qualitatem
seu differentiam quandam superficiẽ
secundum angulos, quos vel habet,
vel eis caret. Figuræ autem differen-
tiæ videtur propriæ, rotundum & an-
gulosum. angulosi verò, triangulum,
quadratum, pentagonon, hexagonũ,
&c. Hæc rursus aut in superficie tan-
tũ, aut in solidis corporibus spectã-
tur. Videtur autem figurę nomen sim